

Ergò quid faciet pignus sibi fova neganti,

Qui cause fudex solus, & Actor erit?

Illi⁹ esto memor: præmissa est filia; non est

Amissa in cœlis restituenda tibi.

Cum jam de nata sit inanis facta parenti

Spes tibi, detraxit quam fera Parca citò.

Detractos illi, precor, ut Patris addat ad annos:

Addere qui vita tempora longa potest.

tam consolationis, quam  
condolentiæ. f.

Augustin. Ritter.

Florea fertilibus redeunt nunc gramina campis,

Arboribus q̄ venit, qui fuit ante, vigor.

Cernis ruricola ut passim viridantibus agris

Transplantet fætus impiger arboreos;

Non ut languescant, sua sed quo brachia in auras

Lætius extendant fructifcentq; magis.

Sic, vir clare, tuam dilectam pectoris instar

Gnatam cœlestis transtulit agricola.

Transtulit è sterili vitiorum labe notato

Agro, stellantis lucida ad arva poli.

B

Hic